


A P R O B A T I O E X C O M M I S S I O N E
 Supremi Castellæ Senatus lata à RR. P. M. Fr. Ioanne de
 Montalván, Ordinis Prædicatorum Magistro, ac Vef-
 pertina D. Thomæ Cathedra in Salmantina
 Academia Moderatore.

IUBENTE Supremo Castellæ Senatu, diligenter evolvi egregium istum de Fide Theologia Tractatum, editum à SS. P. M. Fr. Francisco Palanco, in Minimorum S. Francisci de Paula Sodalicio adscripto, in eademque Religione Iubilato Lectore, & quondam Provinciali ex munere Assistenti: Viro equidem non minus integritate vitæ, ac modesta conversatione spectando, quam eruditione ac Sapientia instructo. Sacram Theologiam, tum Salmanticæ, tum alijs in locis, summa cum laude tradiderat: Et hinc iam evulgatis præclarissimis Operibus Philosophicis, ac Theologicis, Scholasticis, ac Moralibus, præclarum sibi nomen, optimo iure acquisierat. At nunc, dum à studio emeritus videbatur dimissus, dum quieti, à conflictu, fruebatur lucunda, inexplebilis discendi, ac docendi aviditas in novos, & tam præclaros se prodit fetus, ut nunc demum, ad seria studia videatur vocatus: *Verè equidem Sapientis huius viri avium pulchrum est negotium.* Pulcherrimum namque opus istud omnibus ingenuam veritatem amantibus apparebit, sive à methodo; clara, & perspicua, in re difficillima; vberi, ac abundantis, in re, ut plurimum sterili, ac sicca; modesta supra modum, inter acerbissimos Disputationis conflictus, & in omnibus ad docendum oportuna; à Sententijs, certis æquidem in rebus valde ambiguis; securis, etiam in periculosis, & omninodè Doctore Angelico consonis. Memini SS. istum Doctorem *MINIMI* nomenclaturam inter Fratres Prædicatores sibi usurpasse. *Opuscul. 41. in Prologo:* At, qui pro sua humilitate *MINIMUS* inter suos esse volebat, inter Maxima Ecclesiæ Luminaria, Victoriosissimam Sapientiæ palmam reportavit. Inter *MINIMOS*, etiam huius Sacratissimæ Religionis *MINIMUM*, & huius operis Authorem lego; sed re verà inter Victores lucidissimam Minervæ Palmam, qua non tantum Sodales eius, sed & Thomistica Schola triumphare, ac coronari possit, in perpetuum reportavit. Sic sentio, ita exopto: In hoc Sancti Stephani Protho-Martyris Cœnobio, Salmanticæ, die 12. Februarij, Anno Domini 1701.

Fr. Ioannes de Montalván.



E L R E Y.

POR quanto por parte de Vos Fr. Francisco Palanco, del Orden de los Minimos de San Francisco de Paula, Lector de Theologia, en el Convento de Nuestra Señora de la Vitoria desta Corte, se nos hà representado, aviades compuesto vn Libro, intitulado: *Tractatus de Fide Theologica.* Y para que pudiesedes darle à la Estampa, se Nos suplico, os concediesemos Licencia, y Privilegio, para que lo pudiesedes hazer, por tiempo de diez Años, en la forma ordinaria. Y visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias, que disponen las Pragmaticas, vltimamente hechas, sobre la Impresion de los Libros, se acordò dar esta nuestra Cedula. Por la qual os concedèmos Licencia, y Facultad, para que por tiempo de diez Años, que han de empezar à correr, y contar se desde el dia de la Fecha de esta nuestra Cedula, Vos, ò la Persona que nuestro Poder tuviere, y no otra alguna, podais imprimir, y vender el dicho Libro, de que